DE

ENTERITIDE SUBSTANTIALI ACUTA.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA,

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN UNIVERSITATE LITTERAR. GRYPHICA

PRO SUMMIS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA NEC NON ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS

DIE X. MENS. DECEMBR. A. MDCCCXL

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ROBERTUS GUILIELMUS DROSS

SEDINENSIS.

OPPONENTIBUS:

W. HÜESKER, MED. ET CHIR. DRD.

C. SEBAUER, MED. ET CHIR. CAND.

W. KLOSTERMEIER, MED. ET CHIR. CAND.

GRYPHIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, ERUDITISSIMO,

AMPLISSIMO

F. A. G. BERNDT,

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI,
INIS DE AQUILA RUBRA CLASSIS QUARTAE EQUITI,
ENTISSIMO BORUSSORUM REGI A CONSILIIS MEDI-
INTIMIS, MEDICINAE PRACTICAE, ARTIS OBSTE-
CIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, CLINICI
ICI ET OBSTETRICII GRYPHISVALDENSIS NEC NON
OLAE MEDICO-CHIRURGICAE DIRECTORI, REGIAE
DEMIAE MEDICAE, QUAE IN GALLIA FLORET, FA-
TATIS MEDICAE PESTHIENSIS, CAESAREAE SOCIE-
IS MEDICAE VINDOBONENSIS, DOCTRINARUM CHE-
ARUM ET PHYSICARUM, AGRICULTURAE ET INDU-
IAE FRANCOGALLICAE, MEDICORUM SUECICORUM
MIENSIS, MEDICORUM BADENSIUM AD PROMOVEN-
MEDICINAM FORENSEM, SOCIETATIS MEDICAE
DUNENSIS, DIVIONENSIS, LIPSIENSIS ET PETRO-
ITANAE, MEDICO-CHIRURGICAE HUFELANDIANAE
OLINENSIS, PHYSICO-MEDICAE ERLANGENSIS, SO-
TATIS AD PROMOVENDAM ARTEM MEDICAM, QUAE
ORUSSIA FLORET, OECONOMICAE MARCHICAE ETC.
. SODALI VEL HONORARIO VEL ORDINARIO, VEL
LITERARUM COMMERCIO JUNCTO,

PRAECEPTORI AESTUMATISSIMO,

FAUTORI SUMMOPERE COLENDO,

NEC NON

FRATRI

DILECTISSIMO ET CARISSIMO

AR. LUDOV. FERD. DROSS,

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI,

MEDICO APUD LAUENBURGENSES PRACTICO,

HASCE

LITERARUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE AMIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Prooemium.

Haesitanti mihi, quod argumen-
n tractandum eligerem, summa e co-
. rerum medicarum nihil magis arri-
pat, quam morbi periculosissimi,
i auspice Ill. *Berndt*, Directore cli-
i medici atque Magistro, maxime
ierando, feliciter a me sanati sunt.
his vero de enteritide substantiali
ta maxime mihi lubuit, opusculum
oddam componere, quum medici
ores morbum obiter tantum cogno-
sent neque eum ab aliis inflamma-

tionibus tubi intestinalis accurate di
stinxissent, denique quod therapia
praeceptore meo commendata atq
adhibita a consueto medendi more di
crepat. Sed quum vires juveniles a
rem penitus perlustrandam adhuc deb
liores sint, vos lectores benevoli, rogo a
que obsecro, ut inter legendum semp
memores sitis, vix me e medicin
ephebis excessisse, quam ob rem cu
aequitate atque humanitate opusculu
meum dijudicetis.

De

nteritide substantiali acuta.

Definitio.

Interitis, intestinorum inflammatio, ex ἔντερον, in-
inum, et ἴτις, quae quidem terminatio statum in-
ımatorium significat, composita est. Synonyma sunt
ica inflammatoria, Phlegmone intestinorum, In-
ımation des boyaux. Enteritis, quoad situm in-
ımationis varia esse potest, et quidem tunica mu-
ı tractus alimentarii, aut tunica serosa, aut tunica
pria et muscularis est inflammata, quae forma
eritide substantiali intelligitur. Hic vero de ente-
le substantiali acuta acturus sum.

Morbi symptomata.

Permagna est series symptomatum enteritidis
stantialis acutae, sed in nulla fere alia inflamma-
e majori varietate; nam ea ipsa maximi momenti,
eprimis grex innumerabilis sympathicorum tum

omnino deesse tum luce clariore carere possun
Praecipue autem symptomata initium morbi signi
cantia valde inter se discrepant; tum modification
et complicationes quoque varia symptomata exhibe
Quae quidem symptomata nostro morbo peculiar
reperiuntur, haecce sunt:

Gravissimum symptoma est dolor, qui mor
incipiente fugax, colicae similis, conformata aut
inflammatione fixus ac perpetuus quidem, sed s
pius remittens et tum vehementior, mox etiam in
tum abdomen transiens, rarius obtusus et exigu
saepius trahens, tendens, urens et digitis preme
tibus et situ aegroti permutato valde adauctus. A
grotus, ne diaphragma et musculi abdominis prema
intestina, corpore pronato jacet, cruribus attract
Interdum autem, inflammatione graviore ipsa, dol
haud perpetuus, sed paroxysmos, longis intervall
fere omnis doloris expertibus, exhibet. Imo etia
nullum doloris vestigium reperitur, praesertim qu
inflammatio charactere asthenico induatur.

Secundum symptoma manifestatur intumescent
abdominis extensa atque dura, quae quidem, si p
ritonaeum simul inflammatione aegrotat, in meteori
mum ac tympanitidem inflammatoriam transire potes

Porro queritur aegrotus de ardore in intestin
qui sempiternum desiderium potus bibendi frigidi
simi efficit; medicus quoque manu abdomini imposi
temperaturam esse adauctam, nonnunquam intelligi
Fere semper in enteritide invenitur alvi obstipati
quae nullo remedio vinci potest; mox intrat mot

iperistalticus, qui, ventriculo in consensum vo-
o, nauseam, ructus, denique vomitum, quin etiam
erere gignit.

Symptoma reactionis semper enteritidem comi-
r febris, quae quo celerius et plus minusve sy-
na gangliorum est affectum, eo celerior atque
vior accedit. In enteritide repente exorta febris
i frigore, subsequente calore ingente atque pulsu
uente duroque insignis, sin vero enteritidis evo-
tarda, febris lente intrat. Nihilominus pulsuum
ditio est maximi momenti ad morbum perspicien-
. Omnino pulsus initio duri, chordae instar ex-
i, parvi, plerumque frequentissimi celerrimique
igitis explorantibus peculiari modo acuminati sen-
tur. Enteritide substantiali acuta jamjam magis
ecta pulsus semper minimi, vacui et molles, po-
no etiam haud distinguendi sunt.

Quia nervorum systema gangliorum celerrime
onsensum vocatur, magna symptomatum consen-
um series apparet. Aegrotum vexat maxima an-
s et universalis et praecordiorum, sitis intolera-
, quae nullo potu mitigari potest, quia statim
evomere solet. Lingua sicca est atque arida.
emitates et superiores et inferiores mox fiunt
lae, color faciei est varius, tum facies pallet
rubet; at postea frigida fit et eam deformitatem
bet, quam hippocraticam appellamus. Excretio
e deminuta atque dolorifica, urina ipsa saepis-
rubra, flammea. Etiam organorum respirationi
orum functio turbata, nam haud raro tussis ae-

grotum vexat et respiratio esse solet brevis celeri-que. Si morbus summum gradum attigit, aegrot conscientia haud fruitur, somniis ac diliriis vexat, et singultu accedente mortem obit.

Signa ex autopsia cadaverum collecta haec sunt: Fere semper cadaverum enteritide substanti acuta defunctorum cavum abdominis latice sero lac simili aut seroso-purulento impletum, superfici externam ipsam inflammatae partis exsudatione ly-phae plasticae obtectam, saepe etiam singulas ca lis partes inter se aut cum peritonaeo aut aliis or nis pseudomembranis conformatis concretas inveni

Partis ipsius tubi intestinalis inflammatione fectae structuram esse commutatam, rubor obscur parietes penetrans demonstrat, quippe qui, uti ig sci nequit, e largiore impletione evolutioneque va rum capillarium ortum suum ducit [1]).

Etiam membranam et serosam et mucosam jus ruboris celerrime fore participem, facile inte gitur, sectiones scilicet in illa praesertim ramifi tiones vasorum capillarium, in hacce ruborem obs rum et magis aequalem ostendunt. Quod vero a net ad colorem partis inflammatae, *Hope* [2]) conten in enteritide ruborem plerumque in colorem fusc aut diffusum aut striatum aut disparsum transire,

---

1) F. A. G. Berndt, Lehre von den Entzündungen. Band § 869.

2) Hope's Grundzüge der patholog. Anatomie in ihrer Ve dung mit den Krankheitssymptomen. S. 206—7.

nicam mucosam hujus loci emollescere, vel etiam
onnunquam in pultem albam desorganisatam permu-
ri, quam permutationem in uno casu sphacelo leti-
ro observavit, ubi simul in coli initio color fusco-
bicundus, in parte autem ejusdem inferiore color
nitus niger, qui satis profunde tunicam muscula-
m invaderat, apparuit. Vasa autem ipsa, praepri-
is arteria mesenterica, nullam destructionem, ne
borem quidem tunicae intimae prae se ferunt [3]).

Sed cave, ne indolem intestinorum vasorum
ricosam, quae fortuito enascitur et plerumque e
ethora abdominali habituali dependet, neque minus
cumulationem sanguinis passivam, quae nonnun-
iam demum post mortem oritur, cum illa supra
emorata vasorum capillarium permutatione, vasis
ra injectis haud dissimili, confundas.

Sphaceli vestigia colore fusco-viridi aut pallido-
sco, aut imo nigricante sunt cognoscenda, atque
rtes sphacelo vero affectae firmitatis naturalis ex-
rtes, tam molles saepe reperiuntur, ut conterendo
cillime dissolvi possint. Attamen colore partium
hacelo affectarum facillime falli possumus, quum
idem exulcerationes quoque alius modi eundem
lorem interdum prae se ferant, quapropter in
nnibus casibus odor sphacelosus signum tutissimum
t habendum. Crusta sphacelosa quum remota sit,
cus restat, cujus margines intumefacti atque colore

---

3) Schönlein, Allgemeine und specielle Pathologie und Therapie. Th. I. S. 227.

livido - rubro apparent, si inflammatio acuta cir
illud est exorta, sin vero sphacelus fusius est e
tensus, ulceris margines haud distincti sunt. S
fundus varium exhibet colorem, modo scilicet vi
dem, modo flavum et nigrum, qui quidem e colo
achatae et obscuro - griseo compositus est. Inter
ulcera, partibus sphacelosis remotis, rarissime inv
niri, *Andral* [4]) nos certiores facit. In summo aute
sphaceli fastigio partes correptae perforatae lace
taeque et contentum intestinorum in abdominis ca
tatem effusum inveniuntur [5]).

Sin vero inflammatio simul tunicam mucosa
corripuit, exulcerationes minores majoresve haud ra
invenimus, quarum autem descriptionem distincta
hic mihi transire liceat, quum non stricte pertinea
ad enteritidem substant. acut., eadem e causa d
aliis degenerationibus, ut stricturis, indurationibu
scirrho et carcinomate haud fusius disseram.

Decursus et exitus morbi.

Enteritis substantialis acuta decursu celeri in
signis est, nam plerumque per dies quinque aut sep
tem ad acmem progreditur, raro ad decimum quartu
diem usque provehitur. Saepius vero tanta vehemen

4) Andral, Patholog. Anatomie. S. 61.
5) Hufeland, System der pract. Heilkunde, Bd. II. Abth. I
Jena und Leipzig 1802.

in conspectum venit, ut jam die secundo vel io aegrotus mortem obiat. — Enteritis, ut omnes e inflammationes, incipit cum frigore, quod frivehemens est et longius perdurat, si inflammasubito prorumpit. Rarius deest frigus, ut *Vo*dicit [6]). Postea intrat calor, qui magis magisque scit. Jam hoc tempore ab aegroto sentiuntur dos in abdomine, qui colicae simillimi paroxysice intrant. Mox autem hi dolores fiunt vehetiores ac partem inflammatam canalis intestinalis corripiunt. Ab hoc loco dolores sese extendunt er totum abdomen, quod saepe tam dolorificum ut quisque motus eodemque modo tactus vix tori possit. Raro dolores sunt obtusi atque mitio- praecipue tunc, si enteritis tarde exoritur, quin n si febris est asthenica, omnis dolor deesse st [7]). Abdomen magnopere extenditur, praeserquum enteritis ab inflammatione tunicae serosae eisceretur et peritonaeum in consensum voca-. Functio intestinorum omnino turbata est, fere semper obstructio observatur invicta. Pro peristaltico apparet antiperistalticus, unde ruvomituritiones et vomitus ipse; quo propius nmata pars jacet ad ventriculum, eo celerius mentiusque aegrotus vomit. Respiratio est bretque celeris, quia aegrotus diaphragmate muscu-

---

5. G. Vogel, Handbuch der pract. Arzneiwissenschaft. Th. IV. Cap. XIII, § 2.

Berndt, l. c. § 867.

lisque abdominis non uti potest ad respiration
perficiendam. Etiam situs corporis est propri
aegrotus enim attrahit femora ad abdomen et sit
pronatum habet, ne musculis abdominalibus intest
premantur. Aegrotum cruciat sitis vehementissi
quae potu exstingui non potest. Lingua est si
atque interdum muco albido obtecta. Permagna
xietas universalis, sed etiam angor in praecor
observatur. Cutis est arida ac subfrigida, fa
pallida apparet. Pulsus explorantur frequentes, d
parvi, acuminati, pulsus, qui sunt in casibus
scurioribus maximi momenti ad diagnosin statuend
Hac descriptione magis depinximus inflammatio
in intestino tenui sedentem, variant autem sym
mata, si intestinum crassum inflammatione affec
est, nam hic febris est mitior et nonnunquam p
sus initio deest, imprimis in proctitide. Vomit
tiones serius existunt, vomitus ipse saepe defi
Praeterea inflammatio intestini crassi tardius dec
rit et saepenumero cum ea conjuncta est inflamm
tunicae mucosae, unde fit, ut in hoc casu diarrh
aquosa, vel mucosa, vel adeo sanguinea obser
tur, neque minus tenesmus interdum invenia
Pulsus sunt minus parvi minusque duri, qui
quum systema nervorum gangliosum minus in c
sensum vocatum sit.

Si enteritis ad gradum summum provecta
pulsus tam parvuli, vacui et molles sunt, ut postr
non amplius explorari possint. Anxietas et inq
tudo aegroti adaucta, facies deformata, collapsa,

aut livida maximum angorem atque mortis timo- ostendit. Calor corporis inaequali modo perci- r, nam abdomen saepe sensum admodum urentem ibet, dum extremitates faciesque refrigescant.

Seriori denique morbi decursu, gangraena ap- pinquante, totum corpus sudore frigido viscoso egitur, neque raro subdeliria existunt; tum subito ores et inquietudo evanescunt, ita ut aegrotus multo ius sese habere opinetur. Sed haec melior ae- ti conditio perfida est et fallacissima, paulo enim t singultus exoriri solet, facies aegroti defuncti ciem induit, atque plerumque delirio mussitante rto, saepe quidem conscientia haud perturbata ae- tus morti succumbit.

Enteritis substantialis acuta, ut aliorum orga- um inflammatio, tum in sanitatem, tum in mor- n, tum in morbos secundarios transit; quo autem npore hic transitus fiat, nunquam certo praedici est, quum inflammationis exordium plerumque in ebris versetur.

In sanitatem integram morbus revertitur resolu- ne, quae vero solummodo in inflammatione ad mo- um gradum evoluta intrat, et quidem hisce sym- matis: doloribus, ructibus, vomitu, abdominis in- nescentia, inquiete atque anxietate regressis, febris oque vehementia decrescit, et pulsus elatiores, mi- s frequentes, sed pleniores reperiuntur. Secre- nes et excretiones criticae apparent, sudores totius poris olentes, et urina fusca, turbida, quae ma- i quantitate et sine ullo dolore emissa sedimentum

tum puriforme tum latericium seponit [8]). Haud ra
diarrhoea quoque atque fluxus et haemorrhoidalis
menstrualis, praesertim quum suppressis iis fluxib
enteritis exorta est, in lucem proveniunt.

Etiamsi dolores et sensibilitas abdominis no
nunquam per aliquot tempus remanent, postquam c
tera signa resolutionis jamjam apparuere, tamen fa
stum eventum sperare possumus; at vero symp
mata nullis crisibus regressa medicum admodum fall
possunt, quia tum inflammatio mox summa veheme
tia expergefacta celerem mortem adducere solet [9])

Omnino resolutionis phaenomena, die quar
praeterlapso, non amplius sequuntur, nihilominus
hebdomade secunda ipsa observata sunt. Ceteru
resolutionem tum perfectam tum imperfectam e gra
inflammationis, ex individualitate, e curatione sed
que et multis aliis rebus dependere, facile intell
ctu est.

Saepius vero aegrotus ex enteritide subst. acu
graviori laborans gangraena intestinorum mortem ob
qui exitus celerrime, saepe jam die primo plerumq
autem serius intrare solet. Dolores etiam remittun
sed subito collapsus corporis maximus et virium an
mique defectus accedit, tum frigus extremitatum ma
morcum, facies ita collapsa ac pallida, ut hippocr
tica sit nominanda, sudores frigidi et viscosi corp

---

8) J. P. Frank, Grundsätze über die Behandlung der Kran
heiten der Menschen. Th. II. § 240.

9) Vogel, l. c.

rfundunt, et aegrotus praeterea aut alvum cada-
sam solvit aut miserere cruciatus est, denique
nia atque deliria exstant. Nonnunquam in super-
abdominis externa maculae coeruleae apparent.
us sunt parvi, celeres, saepe vix percipi pos-
, interdum intermittentes[10]). Contra eam sen-
m, gangraenam tantummodo ex ea enteritidis
a enasci, quae ex incarceratione intestinorum
nem duxerit[11]), praeter multa alia sectiones
raena tubi intestinalis defunctorum, nullum in-
rationis vestigium praebentes, repugnant[12]);
en creberrima hujus status morbosi sequela est
raena, quae in rarissimis casibus parvulum pa-
n intestini praecipue crassi locum occupat, unde
a exorta aegroti vitam conservare potest[13]). Ne-
ninus enteritidem volvulo atque intussusceptione
ocatam partis solutione ac remotione sphacelosae
sanatam, nonnulli medici observarunt[14]).

Ad morbos secundarios primum suppuratio nu-

) Chr. R. Pemberton. Pract. Abhandlung über verschiedene Krankheiten der Abdominal-Eingeweide. S. 100.

) Schönlein, l. c.

) J. Aberkrombie, Pathol. und pract. Untersuchungen über die Krankheiten des Magens, Darmkanals u. s. w. Aus dem Engl. von Gerhard von dem Busch. Bremen 1830. Th. II. Abschn. II. § 6.

) Berndt, l. c.

) Loder's Journal für die Chirurgie. Bd. II. St. 3. S. 473.

) Horn's Archiv für medicin. Erfahrung. Bd. XII. St. 12. S. 273 und 278.

meranda; quamquam enteritis substantialis acuta raro hunc exitum exhibet, tamen interdum intesti crassum ei obnoxium est, dum tenui potius inc tio ad transitum in sphacelum inest [15]. Signa tem, ex quibus hic exitus suspicari potest, ha sunt: enteritidis symptomata supra justum resoluti tempus, nullis crisibus intercedentibus, perdu accedit febris characterem lentum induens, maxima virium prostratio comitatur. Cujus auten dii suppurationis initium non certo est statuen quum altero loco pus jamjam conformatum esse tero vero inflammatio adhuc exstare possit [16]. abscessus tali modo exortus diversis viis sese ap potest, aut enim introrsum, quo in casu pus per a excernitur, aut extrorsum, et quidem duplici m vel scilicet coalitu tunicae intestini cujusdam ser cum peritonaeo abdominali tumor inflammatoriu aliqua abdominis regione provocatur, qui ap pus evacuat ac plerumque fistulam intestinalem r quit [17], vel pus, nullo impedimento interposito cavitatem abdominis effundit, quam quidem effu nem mors celeris atque certa sequitur.

Aut denique pure ad alia organa abdomi propulso, suppuratio in hepate, liene, ventricul vesica urinaria in conspectum venit, ita ut eve

---

15) J. N. Raimann, Handbuch der spec. med. Pathologie Therapie. Bd. I. S. 351.

16) Vogel, l. c.

17) Berndt, l. c.

us, faeces ac flatus ipsi per urethram et vice
urina per anum excernantur. *P. Frank* tres
nodi casus narrat, in quibus aegroti sphacelo
mentissimo et intestinorum et vesicae urinariae
ubuerunt [18]). Postremo haud praetereundum est,
per longius tempus in sacco pseudomembranis
tructo includi posse [19]).

Sin autem tunica serosa una cum peritonaeo in-
nata est, haud raro lymphà plasticà exsudatà
retiones intestini cum partibus vicinis nascuntur,
quidem multorum morborum intestinalium, ut
rcerationum internarum, constrictionum, impli-
num aliorumque ansam praebere possunt [20]).
nteritide substantiali acuta tantummodo raro ac-
, ut substantia ipsa condensetur et induretur,
o crebrior inflammationis subacutae et chronicae
itus est. Quibus autem processibus pathologicis
s intestinalis aut majori extensione aut parvulis
ocis constringitur, quo stricturae oriantur. Cu-
iodi vero mutationes organicas adesse, ex dolo-
s colicae similibus, e sensibilitate obtusa dolori-
ac perpetua abdominis, quae cibis sumptis ad-
etur, ex obstructione quoque et ex inaequali ab-
inis extensione, praeprimis flatibus provocata,

) P. Frank, l. c.

) Baillie, Anatomie des krankhaften Baues etc. Aus dem Engl. mit Zus. von Sömmering. S. 86 f.

) Rahn's Briefwechsel. Erste Samml. S. 451.

cognoscimus[21]). Stricturae autem recti ipsius dig explorante facile sentiuntur.

Praeterea homines constitutione tenera ac bili, praesertim igitur infantes, interdum convul nibus et apoplexia abripi, priusquam gangraena oriri possit, *Vogel* commemorat[22]).

Aetiologia.

Inter momenta disponentia universalia, q ad morbum nostrum efformandum causam affe possunt, primum clima eatenus est accusandum, q in regionibus tropicis inflammationem intestinor saepissime observari, a medicis refertur, deinc tempestatis ratio est habenda, quum praecipue aes calida atque autumnus, constitutione stationaria strica praevalente, magnam vim in enteritidem ex tandam exerceant.

Quoad momenta disponentia individualia ho nes aetate provecta, imprimis qui e plethora ab minali, haemorrhoidibus et catameniis anomalis borant, maxime proclives sunt ad enteritidem, neq minus qui saepius doloribus colicis cruciantur apud quos arthritis imperfecta atque anomala in co spectum venit. Praeterea eos, qui enteritidem sub ac. jam semel pertulerunt, haud raro, exiguis cau

---

21) Berndt, l. c.

22) Vogel, l. c.

s, propensos esse ad recidiva, non praeterum esse mihi videtur.

Maxima est enteritidis causarum occasionalium, cujus principes influxus atmosphaerici, praecirefrigerium tum totius corporis tum pedum et minis habendi sunt, etiam refrigerium quasi inm causam inflammationis afferre potest, si quipotus frigidissimus corpore admodum fervefacto teque calidissima imbibitur. Dein substantiae edicamina chemico modo tractum alimentarium ntia huc pertinent, imprimis intoxicationes quauque; mechanico modo irritant et inflammationem unt corpora acuminata ac vulnerantia devorata; minoris momenti sunt res externae, quae vim domen exserunt, vulnera, ictus et plagae, con intestinorum compressio etc. Insuper ex herm incarceratione et externa et interna morbus suum ducit, neque minus intestinorum invao, intussusceptio atque volvulus enteritidem gi possunt. Et ex aliis morbis enteritis saepisprodit, praecipue e dysenteria, diarrhoea bi- rheumatica, colica biliosa, rheumatica, cona, saturnina. Praeprimis vero Ilei, vehemeni intestinorum doloris, initio ulla febre carenratio habenda est, quia magnopere inclinat ad mationem [23]). Obstructionem quoque alvi perm enteritis subsequi potest. Adhuc bene nom est, nostrum morbum nonnunquam febribus

---

, Webster, System der pract. Arzneikunde. Bd. I. S. 299.

putridis, flavae et palludosae vehementissimis a
dere. Denique metastasi, qua quidem rheumatism
arthritis, erysipelas, menstruorum et haemorr
dum nec non diarrhoeae congestivae suppressio
ita in intestina repente transmigrat, enteritidem
citari, commemorandum est.

Diagnosis.

Etiamsi symptomatum copia, ex qua diagn
faciunda, permagna est, ita ut e symptomatis c
ctis haud difficile videretur, diagnosin statuere,
men symptomata varia, characteristica ipsa, div
modo in conspectum venire, imo omnino defi
possunt, qua re medicus facillime falli posset,
omnia phaenomena et subjectiva et objectiva ma
diligentia curaque inquireret et bene perpend
praesertim quum febris ipsa, quippe quae ma
est momenti in fere omnibus inflammationibus co
scendis, morbi gradui minime respondere, ardor
loresque abdominis aut neutiquam aut paululum
tum aegrotum afficere possint [24]). Quin etiam
nullum hujus horribilis morbi symptoma adesse p
etsi intestina jam ubicunque inflammatione, vel e
gangraena ipsa correpta sint, *Frank* dicit

---

24) Rogert, Specimen inaugurale sistens observationes circ
laciam signorum in inflammationibus abdominalibus.
niae 1776.

25) P. Frank, l. c.

ue minus *Aberkrombie* [26]) sententia de symptoum gravissimorum inconstantia, qui contendit, ex ibus enteritidis signis in abdominis sensibilitate, quam cura anxia observet, medicum sese niti ere, comprobanda est.

Accedit, quod enteritis propter celerrimam protionem inflammationis aut irritationis latius exae, vel quia medicus non satis accurate res perlat, aliis morbis et inflammatoriis et spasticis minis confundi possit, quorum primarios referam:

Peritonacitis acuta et Enteritis serosa, Meseniis et Omentitis, Hepatitis, Splenitis, Pancreati-Psoitis, Nephritis, Lumbago, Dysenteria, Co-et Ileus.

Alii status morbosi, rheumatismus musculorum minalium, helminthiasis, sordes primis in viis mulatae, vomitus spasticus, qui nonnunquam nas ex hysteria laborantes magnopere cruciat, lime discernuntur ab enteritide. Haud raro dee accumulationes sanguinis in abdomine febri co-, quas praecipue in haemorrhoidariis et hypodriacis, feminis menstruatione parca laboranti-atque gravidis invenimus, enteritidis symptomata ntur. Sin vero omnia accuratissime colligere-et inter se comparaverimus symptomata descri-plerumque enteritis haud est difficilis cognitu.

Aberkrombie, l. c.

Differentiae.

Ex iis, quae de aetiologia antea collata s
sequitur, prae omnibus nos enteritidem substantia
acutam in idiopathicam, symptomaticam et secu
riam dividere debere; pro ejus decursu, quum n
nullis in casibus, horis viginti quatuor vix prae
lapsis a primo morbi exordio, mortem afferat,
tissima ab acuta est sejungenda. Tum secun
characterem inflammationis aut hypersthenica
asthenica esse potest, quarum illa insuper chara
rem erethicum, symptomatis irritationis praeval
bus insignem, excipit, unde etiam magna ad tr
itum in gangraenam proclivitas enascitur, haec v
inflammatione cachectica et putrida accuratius si
ficatur.

Deinde enteritis, quod ad sedem inflammati
in singulis tractus alimentarii regionibus spectat,
intestinum tenue aut crassum obtinere potest, et
dem *dodecadactylitidem*, inflammationem intestini
nuis strictiori sensu, *typhlitidem* cum inflammati
processus vermiformis, *colitidem* et *proctitidem*
stinguimus, quae formae variae quoad symptom
decursum atque curationem haud flocci sunt hab
dae. Saepenumero enteritidem substant. acutam
inflammatione tunicae serosae aut mucosae aut
pathemate nervoso, quod exempli gratia colica
flammatoria prae se fert, combinatam invenimus

---

27) Berndt, l. c.

ique momenta causalia et complicationes fortui-
varias nostri morbi species praebent, ut rheuma-
n, arthriticam, metastaticam, toxicam, trauma-
n et ex incarceratione, volvulo atque intussus-
ione ortam.

Prognosis.

Enteritis in universum ad morbos periculosis-
s referri debet, quia functio tractus alimentarii,
ui ad totius corporis salutem conservandam gra-
mi ac primarii, laesa est, et quia intestinorum
tura celerrimi exitus in sphacelum, qui plerum-
morte finitur, ansam praebet. Solummodo morbi
ninorem gradum exculti, si maturum auxilium in
n sit vocatum, prognosin esse faustam, judicare
. Maximum vitae periculum tunc timendum est,
n enteritis ad febres asthenicas ac praesertim pu-
s accedat. Omnem vehementem aut magis pro-
m inflammationem intestinorum exitus letalis
n malam praebere prognosin, satis constat. Spha-
vero citius atque crebrius in intestino tenui,
n crasso exoritur. Nunquam autem intestinorum
elo laborans sanatus est, nisi intestini pars cum
minis obtegumentis ita coalescat, quo anus for-
r praeternaturalis, neque si ea pars tubi, quae
susceptione invaginata sphacelo corripiatur, tubo
n integrum restituto, foras propellatur [28]. Quod

A. G. Richter, Specielle Therapie. Bd. I. S. 590.

causas removere saepe difficillimum est, eas fo
quae ex veneficio originem suam traxerint, ess
riculosissimas, eamque speciem, quae ex hern
carcerata prodierit, nisi statim reponatur, cele
in sphacelum transituram esse, facile intelligitu
feminae gravidae, puerperae et infantes enteritid
ripiuntur, prognosis valde dubia est, in homi
autem cachecticis fere semper gradum letalem
git. Faustissima est prognosis, si morbi sign
detentim dispareant, sudor largus totum corpu
tegat, urina sedimentum latericium seponat et
rhoea exigua aut cruenta aut biliosa exoriatur.
bum vero ad summum discrimen adductum esse
vomitu perpetuo, imo miserere, doloris extens
supra maximam abdominis partem, e tympanitid
gente, pulsibus frequentissimis parvis, mollibu
acuminatis, extremitatibus refrigeratis, facie hi
cratica sudoribusque frigidis ac viscosis conclu
possumus. Sed dolores subito remittentes cum
quiete aegroti fallaci conjuncti, summus faciei
lapsus, pulsus fere plane deficientes, deliria m
tantia atque singultus pessimam praebent progn

Curatio.

Ex omnibus, quae de decursu et exitu en
tidis substant. acut. jam diximus, medicus ma
celeritate cura atque diligentia agat necesse esse,
clarius est. Primum medelae objectum, ut in

[ue morbis, causas removendas complectitur, e hernia incarcerata quam celerrime aut manu :ultro reponenda, venena et nimis acria drastica, antidotis innoxia fieri possint, remediis oleosis involvenda, sordes acres vel putridae, ne ente-:m excitent, remediis leniter purgantibus promo-ae sunt. Eadem e causa in illis enteritidis spe-ıs, quae ex exanthemate febrili aut acredine rheu-·a vel arthritica metastasi originem ducant, ut um primarium revocemus, operam navare de-ıs.

At vero inflammatio ipsa methodo antiphlogi-fortissime instituta semper simul est debellanda, ı ad finem fere nullo alio remedio, quam san-s emissione uti debemus. Iam enteritide inci-e venaesectiones largae faciendae sunt, etenim maturius ac largius e vena aperta sanguis pro-eo majorem spem salutis habere licet. Sed fa-ntellectu est, stadii et gradus morbi rationem habendam in sanguinis detractione, quare in) incrementi et si enteritis altiorem gradum as-ıta, venaesectio non semel instituta, sed saepius ita utilitate est. Sin autem morbus jamjam ta-:cit progressus, ut processus vitalis in corporis heria valde prosterneretur, neque propensio ad ·aenam longe abesset, sanguinis emissio summa la instituenda, namque sanguinis copia, quae vitam sustentat, diminuta mortem celerrime ad-·et. Attamen in casibus dubiis, ubi pro certo e nequimus, utrum enteritis transitum in gan-

graenam jam fecerit annon, primum exiguam s
nis copiam emittere periclitari debemus, cuju
ctus venaesectionis ad sanguinis detractionem v
petendam vel omittendam nos hortabitur.

Ceteroquin venaesectio toties repetatur op
quoties vis inflammationis penitus refrangatur,
ob rem saepissime quater usque septies et p
vena secanda est.

In enteritide substant. acuta a sanguinis
ctione topica parum modo sperare licet, qu
dolores alicujus abdominis partis, inflammation
admodum diminuta, essent mitigandi. Etiam in
ctitide hirudines ad anum applicatae, venaesec
facta, magno usui sunt.

Etiamsi remediorum numerus antiphlogistic
internorum permagnus est, tamen in enteritide s
